Fragmentarium

diectem. Vox in rama audita est ploratus
et ululatus multus rachel plorans filios
suos. Et noluit consolari quia non sunt.
Anima nostra sicut passer erepta est de laque
o venantium laqueus contritus est et nos libe
rati sumus. Secreta.

ARCHIVES de l'ABBAYE du PARC

Adesto domine muneribus innocentium
martirum tuorum festivitate sacrandis.
et presta. ut eorum sinceritate possimus inniti
ri quorum tibi dicatam veneramur infan
tiam. Per dominum. Vox in rama audita est
ploratus et ululatus rachel plorans filios suos
noluit consolari quia non sunt. Post communio.
Votiva domine dona percepimus que
sanctorum nobis precibus quesumus et pre
sentis vite pariter et eterne tribue confer
re subsidium. Per dominum. Alia oratio
Deus qui licet sis magnus in magnis
gloriosius operaris in minimis da no
bis quesumus in eorum celebritate gaudere
cum filio tuo domino nostro …

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/18, fol. [1]v – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vl2l/6580/56099)